

308

cibus suis. vive et vale cum suis plurimum. la-  
lutabis extremum à me Venerandum. In. saluum  
et omnes qui tecum sunt. Serenissimam verò  
Electricam Matrem cum Nepotibus in Domino confi-  
dere et salutis horam non speratam sperare  
jubeo. Veniendum enim veniet. O Domine Deus  
ne memineris iniquitatum nostrarum, supplicium  
sit satis. Recordare serorum tuorum, et exau-  
di gemitus invocantium te. pro pace Jerusalem.  
Hoc quotidiano voto meo claudere. Vale et salve  
iterum

Neostadij 23. Januarij à Tui amantissimo  
1622. D. Pareo.

253.


Epistola ultima, quam D. David Pareus  
propridie suae ex caduca hac vita ad aeter-  
nam patriam migrationis scripsit ad  
Joh. Philippum Pareum, filium S. Theol. Neapolim Napolitanum  
Doctorem.

Salutem. Has dies precum et jejunii indictus nobis  
in Ecclesia, utinam vota nostra tandem coelum pene-  
trant! Irrita tamen minimè futura confidimus.  
Ego ita me recolligo, ut tamen statim incommoda  
indies crescant cataractis et virium languore.  
Ita Dominus me magis magisque paratum reddit  
ad τριπόδων ἑράδων, antequam te non  
tantum tuam causam sed et meam, occasione futuri  
ad nos venire velim. Temere autem te periculo  
non committes. Tuae uxori mitto unum Matthiaden  
aureum ex duobus, quos habeo: Χρησιμώτερον profecti-  
meo reditu, quem servet propter aetatem, archa-  
bonem gratitudinis pro ἀγαθῆς ἀπορίας vestrae, cuius  
merces vobis etiam post fata mea non peribit. Vale  
plurimum et rescribendi occasionem nullam praetermittite  
hoc tempore. Heidelb. a. d. 13. Junij 1622.

~~Salvatore de beate fidei  
in Christo, cum beate  
apostolice.~~

~~Ex parte prope prima, quae ubi dicitur de fidei  
nisi, ubi dicitur, ubi dicitur, ubi dicitur.~~





*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

